



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Nox. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

non credunt q̄ teneantur obedire preceptis dei v̄t
ecclesie, quam dicūt (licet inaniter) aliquid esse in-
uisibile, cū tñ veritas nos mittat ad visibilē eccle-
siā, auribus (q̄b⁹ audiri corporalia verba possunt)
vtētem **Matthēi. 18.** ita dicens: Si peccauerit in
te frater tuus, vade corripe eum inter te z ipsum so-
lum. Si te audierit, lucrat⁹ eris fratrem tuum. Si
autem te non audierit, adhibe tecum vnum vel du-
os, vt in ore duoz vel trium testium stet om̄ne v̄bū.
Q̄d si nō audierit eos, dic ecclie: (Ecce aures cor-
porales ecclesie, q̄bus audit v̄ba corporalia) Ses-
quitur: Si autem ecclesiam non audierit. Ecce cor-
poralis lingua qua loquitur ecclesia peccatoribus
vtentibus sensibus corporeis. Ecclesia ergo est vi-
sibilis z tractabilis, de quo infra latius. Opera ergo
ostendunt fidem, z vocationem z electionē cer-
tificant certitudine spei z vie, nondum patrie. **Es**
propter saluator noster quesuit populū sectatorē
bonoz opoz, qui expectaret spem z aduētum glo-
rie eius ad **Tit. ca. 2.** Hec de opib⁹ meritorijs dis-
cta sufficiant. Et ex p̄sequenti de duob⁹ mēbris de-
claranda prout supra membra descripta sunt. Per
quoz declarationē clarius intelligi possunt ea que
sñ ipsa membra descripta sunt, et etiā ea que post
hec in consequentibus dicenda sunt.

NOX .III.

At uero si quis multorum bonorum sibi conscius, &
in extremo uitæ suæ inde consoletur semetipsum, quasi
deo ex illis placere uolens, atq; propterea regno cœlesti
dignus: hic si ita mortuus fuerit, uidelicet salutē sibi ex
proprijs meritis promittens, nulli dubium, ad manus as-
signabitur diaboli.

Candela .III.

Quicumq; confidit in operibus suis sine gratiā
extra charitatem factis, z putat per illa eternam
consequi beatitudinē, hic fallit semetipsum, z pere-

Abunt opera illa, quia sine deo sunt facta. Cōsulendum tamen est omnibus peccatoribus vt bona opera faciant, quia temporalem remunerationē accipient, immo disponunt hominē, vt tandem capax fiat gratie diuine z eterne salutis. Unde Daniel sanctus monuit Nabuchodonosor, vt eleemosynis peccata redimeret, Danielis. 4. Et angelus sc̄tus dixit Cornelio cēturioni pagano, q̄ orationes ei⁹ et eleemosyne ascendissent in celum, zc. Actū. x. Per illa ergo puenit ad baptismi gratiā z ad eternam felicitatem. Igitur homo malus z sine gratia gratum faciēte, qui facit opera de genere bonorū, in maiori dispositiōe est ad gratiam z salutē, q̄ ille malus q̄ nunq̄ bona opera operatus est. Sed qui fidutiam suam ponit super bona opera sua, que secundum sententiam eterne veritatis domini nostri Iesu Christi in deo sunt facta, Iohan. 3. s. per gratiam gratum facientem z in charitate (que fidutia proprie spectat ad virtutem spei, que inuititur diuine gratie z propriis meritis, vt patet in diffinitione eius superius posita) hic non desipit, nec decipit seipsum, nec est diaboli, sed dei, z dei filius ad optiuus. Hanc fidutiam habebat Paulus, quādo dicebat. 2. Timo. 4. Bonum certamē certauī, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo superest mihi corona iustitie, quā reddet mihi domin⁹ in illa die, id est mortis, iustus iudex. Declaratio autē horum patet ex premissis.

NOX

. IIII.

Nam opera bona si hominem saluarent, prophetis et Iohanni baptiste iam olim patuisset regnum cœlorū. Verum nulla eorum opera tanquam merita introducere eos potuerunt in regnum dei. Vnus Christus est, quo satisfactiōem pro nostris peccatis offerente, reseratus est aditus regni cœlorum. Itaq; quisquis in fine uite sue Christo confidit, quisquis amarā illius passionem, peccato-